

Uerbum
uans iniquitate. quia uerbum
breuiatum faciet dñs sup̄terram.

Et sicut predixit esaias. nisi dñs
sabaoth reliquisset nobis semen.
sicut sodoma facti essemus. et
sicut gomorra similes fuissimus.

Quid ergo dicemus. *.xxxviii.*
quod gentes que non sectabantur
iusticiam. apprehenderunt iusti-
ciam. iustitiam autem que exfi-
de est. **I**srahel uero sectando le-
gem iusticie. in legem iusticie n̄
puenit. **Q**uare. *.xxxix.* Quia non ex fide.
sed quasi ex operibus. Offenderunt
enim in lapidem offensionis. sic
scriptum est. **E**cce pono in syon
lapidem offensionis. et petram
scandali. et omnis qui credidit
in eum. non confundetur. *.xxxxi.*

Frs. Uoluntas quidem cordis
mei. et obsecratio ad dñm fit pro illis
in salutem. Testimonium enim
prohibeo illis. quod emulationem
quidem dei habent. sed non
secundum scientiam. **I**gnorantes autem
iustitiam. et suam querentes
ueritatem. iusticie dei non sunt
conuenientes. **F**inis enim legis xps ad

enim dicit. quoniam iustitiam que ex
lege est. quiescit homo. uiuet
mea. **Q**ue autem ex fide est iusti-
tia. sic dicit. **N**e dixeris in corde
tuo. quis ascendet in celum. id est
xpm deducere. aut quis descen-
det in abyssum. hoc est xpm a
mortuis reuocare. **S**ed quid dicit
scriptura. **P**rope est uerbum in ore
tuo. et in corde tuo. **H**oc est uer-
bum fidei quod predicamus. **Q**uia
si confitearis in ore tuo dñm ihm.
et credideris in corde tuo. quod
deus illum suscitauit a mortuis.
saluus eris. **C**orde enim creditur
ad iustitiam. ore autem confessio
fit ad salutem. **D**icit enim scriptu-
ra. **O**m̄s qui credit in illum. n̄
confundetur. **N**on enim est distinc-
tio iudei et greci. **N**am idem dñs
omnium. diues in omnes qui in-
uocant illum. **O**m̄s enim qui cum-
que inuocauerit nomen dñi. saluus
erit. **Q**uomodo ergo inuocabunt
in quem non crediderunt. **A**ut quomodo
credent ei quem non audi-
erunt. **Q**uomodo autem audi-
erunt. sine predicante. **Q**uomodo

.xxxii.

I/n